

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Auli Gellii Noctes Atticae**

**Gellius, Aulus**

**Lugd. Batavorum, MDCLXXXVIII**

**Liber octavus**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1123](#)

ius. non enim poena id fuit, ut quidam existimant: sed munus sine ignominia remittebatur. tamen Cato in oratione, quam *de sacrificio commissso* scripsit, objicit hanc rem criminosis, ut magis videri possit cum ignominia fuisse. quod si ita accipias: id profectò existimandum est, non omnino inculpatum neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam immodicum modum luxurias let exuberassetque.

## LIBER OCTAVUS.

Commentario octavo hæc insunt.

## C A P U T I.

Hæsterna noctu, recténe an cum vitio dicatur: & quænam super istis verbis grammatica traditio fit: item quid decemviri in xxi tabulis nox pro noctu dixerint.

## C A P . II.

Quæ mihi decem verba ediderit Favorinus, quæ usurpentur quidem à Græciis, sed sunt adulterina & barbara: quæ item a me totidem acceperit, quæ ex medio communique usu Latinè loquentium minime Latina sint, neque in veterum libris reperiuntur.

## C A P . III.

Quem in modum & quam severè increpuerit audientibus nobis Peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se & aspidem oscitantem.

## C A P . IV.

Quod Herodotus scriptor historiæ memoratissimus parum vere dixerit unam solamque pinum arborum omnium cæsam nunquam denuo ex isdem radicibus pullulare, & quod

& quod idem de aqua pluviali & nive remi non satis explocata tam pro comperta posuerit.

## C A P. V.

Quid illud sit quod Virgilius ccelum stare pulvere, & quod Lucilius pectus sentibus stare dixit.

## C A P. VI.

Quum post offensionulas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minimè utile esse: superque ea re & sermo Tauri expositus, & verba ex Theophrasti libro sumta: & quid M. quoque Cicero de amore amicitiae senserit cum ipsis verbis additum.

## C A P. VII.

Ex Aristotelis libro, qui  $\omega\epsilon\tau\epsilon\pi\mu\eta\pi\alpha$  inscriptus est, cognita acceptaque de natura & habitu memoriae atque inibi alia quadam de exuberantia aut interitu ejus lecta auditaque.

## C A P. VIII.

Quid mihi usu venerit interpretari & quasi effingere rotenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

## C A P. IX.

Quod Theophrastus philosophus omnium sua etatis fætundissimus verba pauca ad populum Athenensem facturus disturbatus verecundia obticuerit, quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

## C A P. X.

Qualis mihi fuerit in oppido Eleusine disceptatio cum grammatico quodam præstigioso tempora verborum & metimenta puerilia ignorante; remotarum autem questionum

num nebulas & formidines capiendis imperitorum animis  
ostentante.

## C A P. XI.

Quam festive responderit Xanthippæ uxori Socrates pe-  
tenti ut per Dionysia largiore sumtu canitarent.

## C A P. XII.

Quid significet in veterum libris scriptum, plerique o-  
mnes; & quod ea verba accepta à Gracis videntur.

## C A P. XIII.

Quopsones quod homines Afri dicunt, non esse verbū  
Pænicum, sed Græcum.

## C A P. XIV.

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus  
quemdam intempestivum de ambiguitate verborum dis-  
centem, atque inibi verba quedam ex Navio poëta & Cn.  
Gellio non usitate collocata: atque ibidem a P. Nigidio  
origines vocabulorum exploratae.

## C A P. XV.

Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Ce-  
sare Laberius poëta: atque inibi appositi versus super ea-  
dem re ejusdem Laberii.